

festatus, qui sicut ab aliis contractibus abesse nunquam potest, l. 1. §. 3. ff. de pact. ita quoque cambium inesse suo constituit, Arg. l. 6. in fin. cod. pro socio. Quia verò principales contrahentes sunt tantum duo (trassans scilicet, & remittens) sequitur, quod consensus duorum sufficiat ad cambii perfectionem intrinsecam.

Declaratur autem dictus consensus vel verbis, sed raro, §. 4. quia mercatorum interest, ne alter resciat alterum pecuniis indigere, id tamen cum aliquando fit, Italis celebratum dicitur cambium, da buono à buono Heidig. Anleith zum W. Recht cap. 5. v. so kan in fin. vel nuntio per quem contractus omnes expediri posse monstrat. l. 2. in pr. ff. de pact. l. §. 1. ff. mandat. l. 1. in fin. de contrah. empt. §. unic. inst. de oblig. ex consens. sed rarissimè, commodius enim ac minori sumptu inter absentes per epistolam expediri potest, ll. cit. frequentissimè tamen ope & ministerio proxenetarum, Vogt. thes. 2. lit. B. insimul admonens mercatores, quod contractum hunc inituri rectè & prudenter rem suam instituant, si operâ proxenetarum utantur. De quibus ex data agendi occasione sit

DISSERTATIO VI.

De Proxenetis & eorum Officio.

Proxenetæ, Italis *Sensali*, Gallis *Courtiers*, Germanis §. 1. *Mäkler* sunt personæ juratæ, à Magistratu qualificatæ, in id potissimum incumbentes, ut inquirant, & perscrutantur, quis velit cambio accipere, quis dare, quove pretio, dumque deprehendunt utrumque ad contrahendum non esse alienum, dissidentium animos ad communia vota

alliciunt , & quasi propria ipsorum verteretur utilitas , omnia fideliter exequuntur.

§. 2. In iis præcipuè requiritur diligentia prout disponit Ordinatio camb. Vratislaviensis de Anno 1716. §. 40. *in fin.* Soll ein jeder Sensal obligirt seyn Post-täglich in alle Comptoirs zu gehen / auch täglich sich fleißig auff der Börse zu weissen / damit man sich ihrer auff erfordereten Nothfall bedienen könne / über dieß auch die erste hinauff / und / so viel möglich / die letzte von der Börse seyn. Præterea in ipsis necessaria est taciturnitas & fides , eorum enim officium est negotio adhuc perficiendo intercedere , *l. 2. in pr. l. 3. in fin. ff. de proxenet.* Proinde si dolo & calliditate alterutram partem circumvenerint , de dolo actione tenentur , *dict. l. 2.*

§. 3. Notitiam sive condiciones cambii quoad personas contractuentium , tempus , locum solutionis , pretium , &c. tenentur partibus utrimque communicare vel in scriptis cum subscriptione proprii nominis. Hamburg. B. D. art. I. §. 2. Breslaw. B. D. §. 40. Braunschweig. B. D. art. 48. vel (prout hic Coloniae mos est) oretenus indicare , quæ si approbentur vel tacite per retentionem extraditæ notitiæ , vel expresse firmus est contractus , Breslaw. B. D. de anno 1716. §. cit. Si verò Proxenetæ alias admiserit condiciones , vel cum alia persona , ac in mandatis habuit , contraxerit , nequitiam ex eo obligatur principalis , *text. in l. 5. ff. mandat. à pr.* Quapropter solet providus mercator , antequam finaliter concludat , sciscitari , quocum tractaverit , seque informare de alterius partis sufficientia. J. P. H. *im Wiffel Styl tot Amsterdam, cap. 2. art. 24.*

Potest Proxenetæ autorem suum five trāsantem five re- §. 4.
mittentem laudare, cūque idoneum affirmare, absque quod
quasi mandator teneatur, l. 2. ff. de Proxenet. ubi additur
ratio, quia hic monstrat magis nomen, quā mandāt, ta-
met si laudet nomen. Fallit 1. Si Proxenetæ (quod ipsi haud
consultum est) pro suo principali fidejusserit, l. 60. §. 1. ff.
mandat. Fallit 2. Si mandatum ipsi fuerit facultates futuri
debitoris excutere, & renuntiaverit, hunc idoneum esse,
tunc enim mandati tenebitur, l. 42. ff. mandat. Fallit 3.
Si Proxenetæ, sciens aliquem facultatibus labi, lucri causā affir-
met eum idoneum esse, cum enim decipiendi gratiā falsò
alium laudārit, in hunc de dolo judicium dandum est, l. 8.
ff. mandat. l. 2. in fin. ff. de Proxenet.

Neque ex locato conducto erit actio contra Proxene- §. 5.
tam, licet philanthropii nomine quid acceperit, l. 2. ff. de
Proxenet. Philanthropium in sensu quo illud usurpat Ulp. d.
l. 2. significat mercedem, quæ pro opera datur, Calepin.
verb. philanthropium vulgariter Courtagie vel cortagie, sen-
serie, Mackelgeld. Quod in hac urbe à Magistratu deter-
minatum est ad 4. blaffardos in singulos 100. imperiales, ab
unaquaque parte pro medietate solvendum, pro quo conse-
quendo Proxenetæ competit utilis ex cambio actio.

Hanc sibi assignatam mercedem sicut alteri parti non facile §. 6.
remittere, id est: *Franco cortagie von einer Seiten dienen.*
Ita quoque eādē contentus negotiationi se immiscere non
debet. Unde salubriter plurimis in locis certo numero consti-
tutis (qui hic Colonix sexenarium non egreditur) & juratis
Proxenetis prohibitum est commercium cambiale pro proprio

computu Braunschweig. W. D. art. 48. Es sollen/nachdem sie (Mackeler) von unsertwegen bestellet / und beeyndiget worden / vor ihre eigne Rechnung sich keiner Wechselhandlung oder Geld = Umbsehung bey Verlust ihres Diensts / und willkuehrlicher Straffe unternehmen; quæ dispositio, si non adsit, optanda tamen ubique foret.

§. 7. Superest difficilis & in Jure controversa quæstio, an scilicet Proxenetæ testes esse possint super contractu cambii, quem suâ operâ conciliarunt, & ut communior videatur sententia, hos nolentes non esse testes, nisi utrâque parte consentiente, etiam eo casu, quo nullum inde commodum sperant, Hunn. in *Encycloped. jur. univers. part. 2. cap. 9. à n. 70. usque 74.* Et citat. ab eo AA. Distinguendum tamen puto cum Vogt de *camb. thes. 2. lit. b.* utrum hoc in passu speciali juramento (ut hic Coloniae Proxenetæ in cambiis) Magistratui adstricti, & sic quodammodo in officio publico (quod bonæ fidei præsumptionem inducit, Lud. Gometz ad §. 18. *Inst. de action.*) constituti sint & de consuetudine moderna nolentes etiam alterâ parte invitâ testificari coguntur, sic ut eorum dictis juramento firmatis notulæque in liberculis ad hoc compositis circa celebrationem cambiorum, pretia & pacta conventa magna fides adhibeatur, New Breslaw. W. D. §. 41. J. P. H. in *Wissel Styl tot Amsterdam cap. 2. art. 9.* Rot. Genuens. decis. 97. n. 4. Si verò injurati sint, priorem sententiam obtinere cenfeo.